

hactenus sermonem fuisse, neque dubium est quin longè minori pretio redimaris. quo ut se induci patiatur operam hinc verbis nuper, nunc ~~dedi~~ tenui per epistolam dedi, plane miseratus sortem tuam, et mea infensus, quæ me testari vetet, quam seriò commentos datos habeam, quorum soli vultus aut nomina vel obliquo radio Puteaneæ luci illustrantur. Vale Vir nobilissime.
 Haga Com: 3. Maij CIDIDCXLIII.

Bannio.

Vir Amplissime.

(342).
 Epistolium illud prodromum, heri mihi traditum, primâ statim occasione datâ transmitto; ut videas quam sit res tibi cum adversario neque in humo, neque infendo, neque hercule omnium latissimo, quod hinc inde senties, non sine risu. Caute vero ne parum alter alterius mentem assequamini, Magnam enim controversiæ partem in eo sitam arbitror simul atque Triarij transpretaverint, curabo te adoriantur.
 Interim Vale Vir Amplissime et me ama
 Vale tuum.

In arce bornana. Prid. solstitii C.H.
 astini. CIDIDCXLIII.

Puteano.

(343).
 Quæ de Anagrammatismo, Vir Amplissime dilucidè tu quidem atque ut maximas rerum soles, eleganter prosecutus es, avidè nec sine quodam sensu voluptatis perlegi. alterum exemplarium Soaswinkelio tum fortè præsentì offerendum videbatur, stupendissimi, si nescis ingenij viro, et summæ rum infimarumque disciplinarum non minus gnaro quam capaci. Non patiar te nescire, quod argumento statim libelli monitus, festivè mihi de Friscario narrabat, solere hunc per jocum, omnem Anagrammatismum aversari, dicentem, als mijn Anné gram is (Anna noncu est uxori) turbari totam domum. Porro si quis a te consulisset nos, ante hanc disertatiunculam editam, aliquid fortasse non absenti neque ingrati accessisset quod nunc vix tanti est, ut ut per epistolam docearis. Fiet hoc (non despero) collatis dextris, ubi Belgis dabitur utrinque Belgis esse. Vides quam audeam seriò ad te rescribere, qui tam proluxâ humanitate munerum quoque selectissimorum perpetuâ oblatione me compellas. sed captanda occasio fuit, quâ quod Maximiliano tuo impetrandum jusseras, commode et non

et non iniqua mentis Principem obtinerem; quod omnibus
aequè horis non succedere facile intelligis. Ut intelligat autem
et praestantissimus Virorum Tuldenus, et aequo animo hoc tam
lente sibi praestitum officii ferat, ab affectu primum suo, deinde
et ab incomparabili facundia postulo, praecipue ut nunc est,
districtus negotiis castrisibus, qua me seorsim salutare virum
optimum agri sinant. Amate meo, maximi minimeque
hostium, singuli et conjunctim, ut

Utriusque amicum et cultorem
observantissimum.

Assenedae 8. Julij 1643.

C. H.

Crommon. Amplissime Domine.

[344].

Placuit illustrissimo Jurisconsultorum Diodoro Tuldeno, gem-
inum ad me exemplar mittere Jurisprudentiae Extemporalis
novam editionem immensum auctae. ~~Horum~~ Horum alterum
destinaverat vicino dudum tuo et amico Leidae sibi olim
familiari Boschio, qui cum nuper extemporalis Juriscon-
sultus suo quodam modo factus, tempore saeculoque excede-
rit, occurrebas inter primas, in quem hoc munusculi non
ambiguo jure transferretur. Benevolus, si quisquam scrip-
toris hujus lector et praeceptor indefessus, si perstas in sententia,
et magni facere pergis virum melius de re juridica meri-
tum ac merentem, quam cui temerè quis nostratum
opponi possit, erit quod mihi gratuler de beneficio alieno
extemporalis item Consilio feliciter collocato. Vale. Vid
eximis, et si qua in rem tuam, aut tuorum utilem opellam
meam judicabis, habe me inter amicos extemporales quoque
et qua par est libertate, utere fruere

Assenedae 11. Julij 1643

Tuo.
C. H.

Graswinhelio.

De tribus questionibus, Vir Maxime, Dabo mihi in hisce
non Oedipo, propositis, poteram soluta altera ad caste-
ras duas respondisse videri, cum nec prima mei
captus esset, nec tertia post secundam utilis vel necesse-
saria. Ab hac secunda verò poteram è vestigio me
expedire simplici negatione, ut qua nihil verius esse
constaret mihi longo usu (nisi quis breviculum
censet

[345].